

lem sibi [et]^{c)} ecclesie eligat advocatum, quem voluerit. Nos [er]go eius desiderium laudabile prosequentes dec[r]eti presentis auctoritate sancimus, | ut tam prefatus locus quam omnia ad eum pertinentia sub apostolice sedis tutela munita semper et illibata permaneant, servorum dei illic degentium usibus omnimodis profutura, ut | tamen unius aurei census annuus Lateranensi palatio persolvatur.⁷⁾ Nulli omnino [h]ominum liceat eundem locum temere perturbare aut eius possessiones auferre, mi|nuere vel quasi piis de causis suis usibus applicare. Sane sepulturam loci illius omnino liberam esse decernimus, ut eorum, qui illic sepeliri deliberaverint, devo|tioni et extreme voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat. Crisma, oleum sanctum, consecrationes altarium sive basilicarum, ordinationes mona|chorum, qui ad sacros ordines sunt promovendi, ab episcopo, in cuius diocesi sunt, eiusdem loci fratres accipiant, siquidem gratiam atque communionem apostolice sedis habuerit, | et si ea gratis ac sine pravitate voluerit exhibere; alioquin a quovis chatolico^{a)} maluerint antistite consecrationum sacramenta suscipiant. Porro nullus | ibi in abbatem qualibet subreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consilio vel fratrum pars consilii sanioris secundum dei timorem | et beati Benedicti regulam elegerint. Si quis autem, quod absit, huic nostro decreto in perpetuum mansuro contraire voluerit, anathemate feriat et honoris atque | officii sui periculum patiat, nisi presumpt[i]onem suam digna satisfactione correxerit. Observantibus autem hec pax a deo et misericordia perhenniter conservetur. AMEN. AMEN. AMEN.

(R.) Ego Paschalis^{a)} catholicę ecclesie episcopus ss. (BV.)^{d)}

Scriptum per manum Petri notarii regionarii et scriniarii sacri palatii.

Data Laterani per manum Iohannis, sancte Romane ecclesie diaconi cardinalis, III kal. febr., indictione XII^a, incarnationis dominice anno M^oC^oVI^o, pontificatus autem domini Paschalis^{a)} pape II quinto.

(B.)

1. c) Loch †A; ergänzt nach MGH SS 16 (siehe Abschnitt 'Edition').

d) Die Umschrift des äußeren Ringes der Rota (Durchmesser: 7,7–7,9 cm), welche aus zwei konzentrischen Kreisen besteht, lautet † Verbo domini celi firmati sunt (Ps. 32, 6). Der Innenkreis (Durchmesser: 6,1–6,3 cm), der durch ein gleicharmiges Kreuz in vier Quadranten geteilt ist, enthält folgende Inschrift: S(an)c(tu)s | Petrvs (Quadrant links oben), S(an)c(tu)s | Paulvs (rechts oben), Pasch | p(a)p(a) (links unten), alis | II^o (rechts unten) †A. Originale Privilegien Papst Paschalis' II. (mit Rota, päpstlicher Unterschrift und nachfolgendem Monogramm) sind abgebildet bei Steffens, *Paläographie*, Taf. 76; Battelli, *Acta*, S. 8 f., Nr. 6 und Taf. 6; Alamo, *Colección I*, S. 145–148, Nr. 114 und Taf. XI (nach S. 148); *Das Geheimarchiv des Vatikan*, S. 69, Taf. X; *Unverrückbar für alle Zeiten*, S. 53; Bromm, *Großbuchstaben*, Abb. 34.

7) Vgl. hierzu: *Liber Censuum*, Bd. 1, S. 167b (siehe dazu: ebd., *Introduction*, S. 73, Nr. 671 und S. 58); Pfaff, *Liber Censuum*, S. 228, Nr. 434.